



Co-funded by the  
Erasmus+ Programme  
of the European Union



## **EULALIA**

### ***European Latin Linguistic Assessment***

***Erasmus+ Strategic Partnership for Higher Education (2019-2022)***

**(2019-1-IT02-KA203-062286)**

**<https://site.unibo.it/eulalia/en>**

### ***O 2 European Latin Language Certification – Basic Level***

#### ***Multimedia Practical Tools***

#### ***TESTS***

***(German Version:  
31.01.2022)***

***Project Coordinator:***

***Alma Mater Studiorum – University of Bologna (Italy)***

***Project Partners:***

***University of Köln (Germany)***

***Catholic University of the Sacred Heart – Milan (Italy)***

***University of Rouen (France)***

***University of Salamanca (Spain)***

***University of Uppsala (Sweden)***



*The European Commission's support for the production of this publication does not constitute an endorsement of the contents, which reflect the views only of the authors, and the Commission cannot be held responsible for any use which may be made of the information contained therein.*

**Praeambulum-Test: Bearbeitungszeit 60 Min, ohne Wörterbuch. Der Test gilt als bestanden, wenn 70% der Gesamtpunktzahl erreicht wurden (21/30 Punkte).**

### **De rege Tarquinio Superbo** (frei nach Eutr. 1,8-9)

*L. Tarquinius Superbus, postquam Servium Tullium regem occidit, regnum Romae occupavit.*

L. Tarquinius Superbus, septimus atque ultimus regum Romanorum, multas gentes vicit, multa oppida cepit, cum Tuscis pacem fecit et templum Iovis in Capitolio aedificavit. Quamquam potentia regis magna erat, Tarquinius Superbus imperium perdidit. Dum exercitus Romanorum Ardeam oppidum armis petit, Sextus Tarquinius, filius regis, Lucretiae, uxori Collatini et 5 feminae nobili, vim attulit. Paulo post ea se occidit. Ob eam rem L. Iunius Brutus Romae orationes de scelere istius et de libertate populi Romani habuit et ita populum concitavit. Ubi milites Romanorum de scelere filii regis audiverunt, exercitus quoque mox Tarquinium reliquit. Itaque Tarquinius Superbus, postquam annos quattuor et viginti regnavit, cum uxore et liberis suis ad Porsennam, regem Etruscorum, fugit. Hoc modo Brutus eum regno expulit et rem 10 publicam liberam constituit. Cives Romani duos consules creaverunt: L. Iunium Brutum et L. Tarquinium Collatinum.

### Glossarium

2	aedicare	
6	concitare	movere
8	quattuor et viginti	XXIV
	regnare	regem esse
10	aliquem consulem creare	aliquem consulem facere

1. Kreuzen Sie den Textblock (A, B oder C) an, der die Ereignisse im Text in der richtigen Reihenfolge präsentiert. (3 Punkte)

A)

1. Tarquinius Superbus multas gentes superavit.
2. Lucretia se manu sua interfecit.
3. Exercitus Romanorum Ardeam petivit.
4. Regis filius Lucretiae iniuriam intulit.
5. Exercitus Romanus Tarquinium deseruit.
6. Brutus in urbe orationes habuit.
7. Milites Romanorum de scelere Sexti Tarquinii cognoverunt.
8. Tarquinius Superbus cum uxore et liberis fugit.
9. Brutus et Collatinus consules creati sunt.

B)

1. Tarquinius Superbus multas gentes superavit.
2. Exercitus Romanorum Ardeam petivit.
3. Regis filius Lucretiae iniuriam intulit.
4. Lucretia se manu sua interfecit.
5. Brutus in urbe orationes habuit.
6. Milites Romanorum de scelere Sexti Tarquinii cognoverunt.
7. Exercitus Romanus Tarquinium deseruit.
8. Tarquinius Superbus cum uxore et liberis fugit.
9. Brutus et Collatinus consules creati sunt.

C)

1. Tarquinius Superbus multas gentes superavit.
2. Exercitus Romanorum Ardeam petivit.
3. Regis filius Lucretiae iniuriam intulit.
4. Lucretia se manu sua interfecit.
5. Brutus in urbe orationes habuit.
6. Brutus et Collatinus consules creati sunt.
7. Milites Romanorum de scelere Sexti Tarquinii cognoverunt.
8. Exercitus Romanus Tarquinium deseruit.
9. Tarquinius Superbus cum uxore et liberis fugit.

2. Kreuzen Sie an, ob diese Aussagen zum Text richtig (R) oder falsch (F) sind. (6 Punkte)

	R	F
1. Tarquinius Superbus et rex potens et imperator egregius erat.		
2. Tarquinius Superbus cum Romanis pacem fecit.		
3. Lucretia a Collatino interfecta est.		
4. Tarquinius Superbus solus ad Porsennam fugit.		
5. Brutus orationes de scelere filii regis et de libertate civitatis habuit.		
6. Populus Romanus duos consules creavit.		

- 3.** Vervollständigen Sie die Sätze, indem Sie neben den Zahlen die entsprechenden Buchstaben notieren. (6 Punkte)

1. L. Tarquinius Superbus	A. orationibus Bruti motus erat.
2. Populus Romanus	B. Brutus et Collatinus consules facti sunt.
3. Filius Tarquinii regis	C. regnum occupavit et diu imperium tenebat.
4. Quamquam potentia regis magna erat,	D. milites Romani Tarquinium deseruerunt.
5. Quia de scelere filii regis cognoverunt,	E. Lucretiae iniuriam intulit.
6. Postquam rex ex urbe pulsus est,	F. Tarquinius a Bruto regno expulsus est.

1. \_\_\_\_ 2. \_\_\_\_ 3. \_\_\_\_ 4. \_\_\_\_ 5. \_\_\_\_ 6. \_\_\_\_

- 4.** Vervollständigen Sie, indem Sie die richtige Form auf der Grundlage des Gelesenen auswählen. (4 Punkte)

1) Tarquinius et regnum et \_\_\_\_\_ perdidit.

- a) exercituum
- b) exercitui
- c) exercitibus
- d) exercitum

2) Brutus dixit: „\_\_\_\_\_, cives! De scelere filii regis dicam.”

- a) Audiunt
- b) Audi
- c) Audite
- d) Audiveris

3) Postquam Brutus orationes \_\_\_\_\_, cives Romani ira moti sunt.

- a) habuit
- b) habuerat
- c) habebat
- d) habuerunt

4) Brutus regem \_\_\_\_\_ expulit.

- a) potenti
- b) potens
- c) potentem
- d) potentes

5. Schreiben Sie neben das Pronomen das Substantiv, auf das es sich im Text bezieht, und gleichen Sie dieses in KNG an das Pronomen an. (3 Punkte)

Beispiel: Brutus orationem bonam habet. **Hic** vir clarus est.

→ **hic** = Brutus

A) Z. 5: **ea** = \_\_\_\_\_

B) Z. 6: **istius** = \_\_\_\_\_

C) Z. 9: **eum** = \_\_\_\_\_

6. Bestimmen Sie die Substantive, Adjektive und Pronomina, indem Sie das entsprechende Kästchen ankreuzen. Die erste Zeile dient als Beispiel. (3 Punkte; 1/2 Punkt für jede richtige Antwort)

	Nom. Sg.	Gen. Sg.	Dat. Sg.	Akk. Sg.	Vok. Sg.	Abl. Sg.	Nom. Pl.	Gen. Pl.	Dat. Pl.	Akk. Pl.	Vok. Pl.	Abl. Pl.
<b>Z. 3: potentia</b>	X											
Z. 1: regum												
Z. 2: oppida												
Z. 4: regis												
Z. 5: nobili												
Z. 9: hoc												
Z. 10: cives												

7. Kreuzen Sie die richtige Antwort an, um die lateinischen Sätze korrekt umzuformen. (5 Punkte)

1) Z. 1: L. Tarquinius Superbus (...) multas gentes vicit ...

→ Multae gentes a L. Tarquinio Superbo \_\_\_\_\_ sunt.

- a) victae
- b) victa
- c) victas
- d) victis

2) Z. 2-3: Quamquam potentia regis magna erat, ...

→ Quamquam \_\_\_\_\_ potentiam magnam habuit, ...

- a) regi
- b) regum
- c) regem
- d) rex

3) Z. 3-4: Dum exercitus Romanorum Ardeam oppidum armis petit, ...

→ Dum Ardea oppidum ab \_\_\_\_\_ Romanorum armis petita est, ...

- a) exercitus
- b) exercitui
- c) exercitu
- d) exercitibus

4) Z. 4-5: Lucretiae, uxori Collatini et feminae nobili, ...

→ Lucretia uxor Collatini et femina \_\_\_\_\_ erat.

- a) nobilia
- b) nobilis
- c) nobile
- d) nobilibus

5) Z. 9: Hoc modo Brutus eum regno expulit ...

→ Hoc modo \_\_\_\_\_ a Bruto regno expulsus est ...

- a) id
- b) ea
- c) is
- d) ei